



Consilia Seu Responsa Juris

Schmalzgrueber, Franz

Augusta Vindelicorum & Ratisbonae, MDCCXL

Cons. XC. Præscriptionis. Disputatur, quo tempore præscribantur Decimæ
contra Ecclesias privilegiatas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72304](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72304)

ad quam nullitatem deducendam permittitur reclamatio contra illam. Sed neque spes est dispensationis impetrandæ à Sede Apostolica; quia causa, ob quam peti posset, concernit tantum bonum privatum ipsius Religiosi, quæ causa per deducta ad dispensationem impetrandam non sufficit. Superest ergo, ut Menradus contra tentationes, occurrentes adversus vocationem, firmet animum, totóque corde se DEO consecret, ejusque servitio; sperandum enim

erit hoc modo suggerenda ip̄si, si præterea adhibeat alia remedia spiritualia, specialia de cœlo auxilia, ut sine hæsitatione deinceps, sublati, vel mitigatis difficultatibus, firmus manere possit in vocatione, quâ vocatus est, & per talenta, quibus abundatissimè à DEO provisus est, præstare plurima pro hujus gloria, securus de mercede, quam DEUS tribuit diligentibus se, totoque mentis connisu servientibus sibi.

CONSILIO XC.

In causa prætentæ præscriptionis contra jus Decimarum minorum,

S U M M A R I U M.

1. *Facti species.*
2. *Quo tempore præscribantur decimas ab Ecclesiis?*
3. *Præscriptio adversus Ecclesiam privilegiatam quo tempore fiat?*

4. 5. *Societas JESU gaudet privilegio centenaria præscriptionis.*
6. *Ecclesia Parochialis in præscriptione Decimarum non indiget titulo.*

post centum annos completos. His postis

QUÆRITUR

Utrum in præsenti Facti specie se Dominus Parochus tueri contra Collegium præscriptionis exceptione possit?

Rationem dubitandi facit non paucum DD. assertio, qui cum Abb. in c. cùm sint 18. de decim. n. 6. in fin.

distinctionem faciunt, an Ecclesia, quæ præscribit jus decimandi, sit Parochialis, vel non. Si Parochialis non sit, requirunt tempus 40. annorum cum titulo, immemoriale sine titulo, si vero Parochialis sit, putant, sufficere decennium. Fundamentum istius sententiae est, quia, ut propugnatores istius sententiae existimant, in priori casu Ecclesia præscribenti resistit jus; in posteriori autem assistit, dum

c. cit & c. ad Apostolica 20. eod.

dicitur, eo casu sequendam esse consuetudinem diu obtentam; tempus autem decem annorum injure censetur longum, seu diuturnum, ergo &c. Est autem in casu præsenti Ecclesia, quæ contra Collegium præscripsisse se dicit decimas minores, Ecclesia Parochialis. Proinde cùm ius ipsi assistat, sufficiet ad præscribendas ab ea Decimas mino-

I.



Ollegium Societatis JEI emit decimas feudi vinculo obligatas cuidam Serenissimo Principi. Tam in litteris emptionis decimarum istarum, quam in instrumento renovationis investituræ super iisdem expressè dicitur, Collegio competere ex fundis ibi nominatis decimas tam maiores, quam minorres. Has omnes Collegium hactenus singulis annis cuidam rustico colligendas tradidit pro certa quantitate frumenti. Competit elapsso anno Collegium, quod multi, ex quorum agris decimæ Collegio competent, rustico emptori tantum maiores decimas, minores vero urbis Parocho hucusque solverint. Exhibitæ proin Parocho originales litteræ emptionis venditionis cum instrumentis investituræ decimarum, ostenſumque, etiam minorres Decimas omnes Collegio deberi. Sed ut ut iste comprobaret literarum istarum claram assertiōnem, à se tamen, & Antecessoribus suis ob elapsos jam annos sexaginta præscriptum contra Collegium esse contendit, nec favere eidem affirmat privilegium, quo Societas prætendit, contra ipsam, & ejus bona, ac jura in hoc calu præscribi non posse, nisi

minores decennium, & multò magis sexagenarium, quo tempore continuò hactenus dispensæ eidem sunt exēdem decimæ.

3. Deciditur quæstio. Sed melius cum communī cæterorum dicendum, etiam, quando Ecclesia præscribens Parochialis est, & fundi, seu prædia, quorum Decimæ præscribuntur, sita sint intra fines illius, ut legitime illas præscribat, requiri tempus diuturnius, videlicet 100. annorum, si adversus Romanam Ecclesiam, vel aliam simili privilegio instructam, si vero adversus aliam, tali privilegio carentem, 40. annorum. Ratio est, quia est præscriptio adversus Ecclesiam, atqui adversus Ecclesiam bona immobilia, quibus etiam accensentur jura, non præscribuntur minori tempore, ut pater ex

c. quarta 4. c. ad aures 6. c. illud 8. in princ. de præscript. & auth. quas actiones C. de SS. Eccles.

4. Quod autem Societas, ejusque domus, & bona gaudeant privilegio, quod contra illas, vel illa præscribi non poslit, nisi centenaria præscriptione, patet ex

Bullâ S. Pii V. incipit, dum indefessæ editâ 7. Jul. 1571.

ubi idem Sanctissimus Pontifex omnia privilegia, etiam speciali notâ digna, immunitates, exemptiones, facultates, concessiones, indulcta, indulgentias, gratias tam spirituales, quam temporales - - etiam per modum extensionis, aut communicationis, aut aliâs, concessa, vel imposterum concedena quibusvis Ordinibus fratrum, & sororum mendicantium, quounque nomine nuncupentur, illorūmque Congregationibus, Conventibus, & Capitolis, ac utriusque sexus personis, ac illorum Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, Hospitalibus, & aliis pii locis, concedit Præposito, & omnibus personis, Domibus, ac Collegiis Societatis, ubi vis terrarum sitis, ita, ut iisdem privilegiis, immunitatibus &c. possint liberè, & licite uti, frui, potiri, & gaudere in omnibus, & per omnia, non solum ad illorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter, absque ullâ prorsus differentiâ, perinde, ac Societati, Præposito, personis, dominibus, & Collegiis prædictis nominatis, & specialiter, ac generaliter concessa fuissent. Quam concessionem Gregorius XIII. in

Bulla, incipit, decet Romanum Pontificem, editâ 3. Maij 1575.

etiam extendit ad usum privilegiorum, immunitatum, exemptionum &c. concessarum aliarum Religionum Ordinibus, Congregationibus, Conventibus, Monasteriis, Domibus &c. voluitque, ut hæc ipsa privilegia, & Indulta eidem Societati concessa esse intelligentur. Proinde constat, quod eadem societas circa præscriptionem iisdem privilegiis, quibus alias quicunque Ordo

Religiosus, ejusque Congregationes, Domus, & Monasteria, gaudere debeat, ita, ut contra ejusdem bona, & loca æquè longa, ac contra illa præscriptio duntaxat currat.

Neque obstat, quod Ordini S. Benedicti Congregationis S. Justinæ per Bullam, incipit, et si ex debito 7. Cal. Mart. 1434. Eugenius IV. Canonicis Regularibus Lateranensis per Bullam, incipit, dum ad universos 10. Calend. Sept. 1476. Sixtus IV. Olivetanus pridie non. Jul. 1507. per Bullam, incipit, et si ad universos Julius II. pro Canonicis Regularibus S. Salvatoris per Bullam, incipit, inter cæteros 4. Non. April. 1512. idem Julius sexagenariam tantum præscriptionem indulterint. Nam allegatus Pontifex Eugenius IV. jam anno 1441. per Bullam, incipit, ex Apostolica datam 7. Cal. Jul. privilegium prius a se datum pro Monasterio S. Pauli extra muros ampliavit ad spatium 100. annorum, quod privilegium deinde An. 1537. per Bullam, incipit, benignitas datam non. Nov. Paulus III. extendit ad totum Ordinem Benedictinum. In ò centenaria præscriptio pridem concessa jam fuit Monasterio SS. Trinitatis Benedictinorum ab Urbano II. teste Cherubino in scholiis Bullæ proximè citata, in compendio Bullarum. Quare, cum juxta dicta num. præ. Societas nostra gaudere debat omnibus, & singulis privilegiis quorumcunque Ordinum Religiosorum, & præcipue sacer Ordo S. Benedicti gaudeat præscriptione centenariâ, hujus beneficio etiam ipsa gaudebit. Proinde, cum in presenti Facti specie tantum lapsi sint anni 60. quibus D. Parocho soluta sunt Decimæ minores ex fundo quæst. nondum censi. potest completa præscriptio contra Collegium, & sic istud vindicare illas hodiecum poterit.

Ad rationem dubitandi allatum dico, id procedere, quando præscriptio fit adversus personam privatam, nam adversus istas præscribuntur Decimæ, ut aliae res immobiles, decennio scilicet inter præsentes, viennio inter absentes cum titulo, tricennio sine titulo.

l. diutina 2. & l. fin. C. de long. temp. præscript.

at quando præscriptio fit adversus Ecclesiam, aliud tempus jura citata taxârunt. Habet tamen aliquid prærogativæ hoc casu Ecclesia Parochialis in præscriptione Decimarum ex fundis, qui intra fines suos sunt siti, præ alia Ecclesia extranea; illa enim, ut Decimas ex fundis suis contra Ecclesiam extraneam, vel non Parochiale tempore 40. annorum præscribat, titulo non indiget, quod assistentia juris, quam habet, sit loco tituli. ita autem posterior opus habet titulo, quo possessionem suam legitimet adversus Ecclesiam Parochiale.

5.

CON.